Limana

Beatificationis, & Canonizationis Veñ seruæ Dei Rosæ de Sancta Maria Tertij Ordinis Sancti Dominici.

Responsio D. Bottinij Sac. Consist. Aduoc

AD OPPOSITIONES

R. P. D. Promotoris Fidei.

SVPER DVBIO,

Prosequendo discussionem Miraculorum : An constet de alijs decem Miraculis post obitum, in casu &c.

BEATISSIME PATER.



ISTIMVS iterùm Sanctitati Vestræ noui Orbis miraculum Peruanam Rosam, quam cælestis spiritus auxiliaris aura permulsit, quam Sol Diuinus radijs vitalibus obfirmauit, quam gratiæ salutaris irriguus imber Orientem lactauit, educauit adultam. Verùm quæ virtutum, morumque suauitate medelam attulit languentibus animis, gratiæque spiritu destitutos reuocauit ad vitam, non minorem explicuit pompam illustrium miraculorum, quibus coronaretur; Quæ huic Sac. Congregationi exhibituri, ex præteritis aliqua delibamus nouis probationibus melius vallata, alia verò ex integro in medium afferimus, ab Oppositionibus R. P. D. Fidei Promotoris satis superque vindicata.



Primum scilicet.

Mundationis a lepra Mariæ puellæ decem mensium applicatione frondium rosarum sepulchri Seruæ Dei.

QVoad vtrumque extremum opponit R. P. D. Promotor vnum tantùm ex testibus esse de visu alterum autem de solo auditu à matre, ac Domino, ideoque probationem non concludere.

Sed benè perpensa depositione Didaci, apparet, quòd non minùs quàm alter testatur de visu proprio: erat enim domesticus duplici titulo, nempè vti famulus Hieronymi de Soto Aluarado, & vti filius Bernardæ, quæ puellam lactabat, vt patet ex illis verbis, ibi, *E figlio di Bernarda nera schiaua di Girolamo di Soto Aluarado à cui serue*; Siquidem cum loquatur in tertia persona prædicta verba *à cui serue*, referuntur ad ipsummet testem, quod clariùs apparet ex processu dum Notarius in receptione dicti testis certificat illum esse mancipium dicti Hieronymi de Soto Aluarado, & ipsemet in Responsione ad quartum Interrogatorium idem dicit, & addit supradicta verba *à cui serue*, vnde actuale seruitium, quod domui tunc præstabat hic testis non potest in dubium reuocari; Propterea dum idem ait, *Quel che sà è, che la detta sua madre Bernarda allenaua vna fanciulla orfana, la quale si empì di lepra per tutto il corpo, e di croste, che era vna compassione à vederla, e la medicorno con molti rimedij, e niuno le giouò, Summ. num. 1. litt. A.* & subdit, *La detta sua madre venne vn giorno à casa, e portò certe rose dicendo, che erano del sepolcro della benedetta Rosa &c. & vna notte le sfrondò, e le applicò alla detta fanciulla sopra le piaghe, croste del suo corpo, e l'infasciò, e la lasciò dormire, hauendola raccomandata alla detta Serua di Dio. dicto num. 2. littera B.* concluditque, *E la mattina la sudetta sua madre la trouò sana, e leuate le dette croste, e tumori, e si trouò sana, come se non hauesse hauuto mai la sudetta infermità &c. e tutti di casa tengono questo successo per miracoloso, vedendo, che la detta fanciulla staua così inferma, e che non v'era speranza della sua vita, vt litt. C.* vtique ex necessitate dicendum est, quòd hic testis fuerit præsens omnibus prædictis à matre gestis, tum quia erat vnus ex domesticis, tùm quia deponit per supradicta verba huiusmodi præsentiam satis importantia, quamuis ea non fuerit explicitè narrata, iuxtà punctualem doctrinam *Bald. in cap. tertio loco num. 5. in fine de testibus*, vbi in difficilioribus terminis, sic ait, *Mirabile est, quia non deposuerunt per sensum corporis, nec de ipsorum præsentia, sed respondeo, quòd tacitè hoc videntur dixisse; nam cum ipsi essent de Conuentu, & dicant, quòd totus Conuentus &c. & quòd vox fuit vnanimis &c. includunt de necessitate re ipsa fuisse præsentes &c.* additque *num. 6.* vti notabile, & menti tenendum, quod vbi testis non interrogatur de præsentia, & loquitur assertiuè, præsumitur fuisse præsens, sequitur *Felin. ibidem num. 4.* egregiè comprobans, quòd & si testes non reddant rationem per sensum corporis, & auditum, tamen benigna interpretatione inspecta satis videntur hoc asserere, & *Decius num. 39. & 40.* hoc latè comprobat aduertens *num. 41. & 42.* dicta testium benignè interpretanda, & iuuanda esse non cauillanda, & quod ratio testis adaptari debet ad id, quod dicit se scire, idemque tenet *Farinac. de testib. quæst. 70. num. 154.* Quod si admittitur etiam vbi testis nihil dixit de proprio visu, fortiùs admittendum est in præsenti, dum idem Didacus bis facit mentionem de visu, ibi, *Era vna compassione à vederla*, & infrà, *tutti di casa tengono questo successo per miracoloso, vedendo, che la detta fanciulla staua così inferma, e che non v'era speranza della sua vita*, cum huiusmodi verba prolata à teste, qui erat vnus ex domesticis, ex necessitate preseferant ipsum quoque cum alijs hæc omnia proprijs oculis vidisse, vt dicunt Bald. & alij suprà citati.

Comprobantur prædicta ex alia receptissima conclusione, quòd vbi testis deponit de re sensu corporis perceptibili, probatio est perfecta etiam absque redditione causæ scientiæ, dum testis de ea non fuerit interrogatus, *Bart. in l. solam num. 3. vers. nota & signa de testib. Gomez variar. tom. 3. cap. 12. num. 10. vers. quod idem subintellige Viuius opinion. 898. num. 1.* vbi de communi *Farinac. de testib. dict. quæst. 70. num. 93. Contilor. de Canonizat. cap. 25. num. 72. Rota coram Merlino decis. 286. num. 9.*

Accedente maxima verisimilitudine, quòd, dum iste testis erat domesticus & famulus, pluriès viderit hanc puellam tali modo lepra plenam & coopertam

& tur-

& rursus, quòd viderit quando mater rosas è sepulchro Seruæ Dei tulit, & frondes applicuit, dum hoc asserit cõgisse nocturno tempore, quo verisimiliter ipse testis erat domi, sicuti etiam est verisimile, quod fuerit præsens, quando die sequenti de mane fuerunt ablatæ fasciæ, & detecto corpore puella reperta fuit sana, & in totum à lepra mundata, maximè dum Hieronymus alter testis eius Dominus asserit, *E questo testimonio andò, e vidde la detta fanciulla ignuda, che la sfasciorono, acciò vedesse questa merauiglia*, quod verbũ *sfasciorono*, benè referri potest, & debet ad famulos, & præcipuè ad præfatum Didacum, qui nedum erat seruitio domus addictus, sed filius nutricis: verisimilitudo enim plurimùm confert ad probationem, *l. ob carmen, §. fin. ff. de testib. Roland. consil.49. num.41. in fin. & seqq. Corn. consil.23. num. 6. vol.4. Cranett. consil.95. verb. sed confirmo num.10. Mascard. concl.1370. num. 8. de probat. Rota decis.18. num.16. par.4. recent. tom.2. & decis.263. num.6. par.7. Surd. decis.235. num.5.*

Coadiuuatur hæc probatio tàm ex inspectione oculari facta per Iudices remissoriales puellæ, in cuius corpore vestigia & signa lepræ, à qua mundata fuerat, remanebant *Summ. d. num.2 litt.C.* quàm ex tribus Scriptoribus hoc factũ referentibus, *vt eodem numero littera D.* necnon ex circumstantia tàm notabili quod dicta puella postmodùm, iussu patris, vocata semper fuit Maria della Rosa in signum miraculosæ sanationis *dicta littera C.* Quamuis enim hæc considerari non possent nisi tanquam adminicula, plurimùm tamen ea conferunt ad perficiendam, & magis concludentem reddendam probationem, *Abb. in cap. preterea num.7. de testibus, Butr. cap. cum causa num.12. de probat. Bald. consil.400. num.9. vol.5. Mascard. de probat. conclus.55. num.1. & seqq.* & firmauit *Rota decis.205. num.29. & decis.417. num.4. tom.2. decis.192. num.23. par.5, & decis.169. num.13. par.6.*

Quod autem hoc sit miraculum maximum, & secundi generis, data probatione facti omninò concludenti, & perfecta, controuerti non potest, cum verè incurabilis sit lepra, præsertim, dum est confirmata, vt ferè omnes Medici fatentur, & præ alijs ex antiquis *Aetius Tetatrib.4. serm.1. cap.120.* (de Elephatiasi loquens) *est autem grauis morbus, & ex eorũ numero qui incurabiles existunt. Et Paul. Aegin. lib.1. cap.1.* eiusdem Ætij auctoritatẽ secutus, inquit, *Rectè mea sententia Cappadox Aetius memoria prodidit auxiliorum vim morbis fortiorem esse oporterei; ideòq; Elephantiã nullã curari, vt qua nulla potentior medicina reperiatur, & Rases lib.9. ad Almansorem Regem cap.13.* asserit, *Hac passio postquam mansiua fuerit incurabilis est.* Mansiuam autem fuisse elephantiasim, seu lepram, qua puella affligebatur, clarè dignoscitur; nàm, vt testes deponunt, plura fuere applicata remediorum præsidia absque vllo fructu. Et ex recentioribus *Iacobus Vuekerius sua sintaxis lib.1. par.2.* vbi habet, quòd *Elephantiasis inueterata nunquam curatur*, & inueteratæ nomine eam intelligit, quæ per plures menses durauit, vt ibidem videre est, *& Felix Platerus lib. de vitijs c.4.* ostendens difficultatem maximam præseruationis à lepra, sic asserit, *Multò minùs si confirmata sit curari poterit*, & subdit *nec dum, qui eam curarent hactenùs inuenti fuerant*: Vndè patet tutam non esse opinionem *Reyes* à R. P. D. Promotore allegati sentientis hodie lepram incurabilem non esse.

Præsertim verò dum testes asserunt fuisse deperditam spem, eo quia facta experientia nulla medicamenta iuuauerant *dicto num.2. littera A.* quemadmodum fuit in specie ponderatum in Relatione S. Francisci Xauerij ad probandam incurabilitatem similis morbi miraculo 9. post mortem *§. eoque magis.*

Quamobrem dum ex qualitate morbi diù confirmati, & ex applicatione remediorum inutiliter facta, lepra verè reddita fuerat incurabilis, controuerti nequit adscribendam esse miraculo, & quidem insigni, sanationem in instanti sequutam per solam applicationem frondium rosarum, quæ sumptæ fuerant è sepulchro Seruæ Dei, vt fuit ponderatum *in Relatione S. Raymundi*

A 2 2. par.

2. par. cap. 11. in primo miraculo vers. nos verò hoc miraculum, & vers. & quamuis, & Sancti Francisci Xauerij dicto miraculo 9. vers. fassum concludenter probant in fine.

Secundum.

Sanationis brachij sinistri Georgij de Aranda.

Istud paritèr R. P. D. Fidei Promotor impugnat cum supposito defectus probationis, eo quod nullus ex testibus præter ipsummet Sacerdotem deponat de visu proprio, & rursùs, quod non appareat morbum fuisse incurabilem, sed vtraque oppositio benè remouetur.

Quò enim ad probationes illas esse concludentissimas controuerti non potest, cum in primis exhibeatur instrumentum super hoc miraculo rogatum cum præsentia trium testium à Bartholomæo de Toro Regio Notario, qui accitus à Priore Conuentus examinauit d. Georgium interrogans tam de qualitate morbi, quàm de tempore à quo ipso laborabat: responsumque accepit: *Che puol essere da quattordici ò quindici anni, che nella guerra di detto Regno di Chile haueua riceuute molte ferite, e per quelle, particolarmẽte gli diedero nel braccio sinistro lo teneua tanto stroppiato, che non lo poteua muouere, nè piegare, & era necessario quando consacraua, e faceua l'eleuatione, perche li deti della mano non li poteua muouere, nè aprire, nè serrar bene, si aiutasse con la mano destra*, cuius testis depositioni vtpotè de facto proprio plurimum est deferendum *Castr. in l. quique num. 10. prope fin. C. de seru. fugitiu. & in l. si debitori in fin. ff. de nonation, & cosil. 84. num. 6. tom. 1. Dec. consil. 56. num. 4. in princip. & 650. num. 9. in princip. Oldrad. consil. 95. post num. 2. Alex. consil. 197. post num. 5. vol. 7. Afflict. decis. 369. num. 7.* & firmauit Rota *in Relatione Sanctæ Franciscæ Romanæ par. 3. art. 2. in 8. miraculo, & S. Francisci Xauerij miraculo 9. post mortem*, ibi, *Cui soli in facto proprio deponenti est adhibenda fides. Contilor. de Canoniz. Sanct. cap. 18. num. 19.*

Concurrit depositio Magistri de Lorenzana 18. testis, ibi, *Specialmente nella persona del Sacerdote Georgio de Aranda, il quale vidde con vn braccio stroppio senza poter aprire, nè serrare la mano, & il detto Aranda li confessò di sua propria bocca, & affermò con gran certificatione, che questo stroppio l'haueua da ferite riceuute nella guerra di Chile, e s'era totalmente stroppiato. Summ. dicto num. 3. littera E.* qui multiplici titulo, nempè Religionis, Magister ij, & Sacerdotij est omni exceptione maior, vt de teste Sacerdote, quòd probet plusquam alter dicit *text. in Can. quanquam 14. q. 2. Alex. consil. 53. lib. 7. Farin. de testib. quæst. 61. num. 80.*

Maximè etiam confert ad probationem primi extremi attestatio Vicarij Generalis Limensis, ibi, *Vno de i quali è vn Sacerdote fratello del P. Frà Giouanni de Aranda, che à pena poteua dir Messa, d. nu. 3. littera* C. cum enim iste Sacerdos esset Portionarius Ecclesiæ Cathedralis Limensis præsumendum est Vicarium Generalem fuisse plenè informatum de illius qualitate, & de infirmitate prædicta, quæ ipsi propè impediebat Sacrificij celebrationem, ac propterea eius depositioni multum deferendum est, *Rota penès Verall. decis. 158, part. 2. & decis. 160. num. 11. par. 2. recent.*

Accedente præcipuè alio conteste, qui est sextus, & paritèr asserit se vidisse dictum Sacerdotem infirmitate impeditum, *vt litt. E.* sicque verè habemus quatuor contestes, cum tamen duo sufficerent *cap. in omni, & cap. licet de test. Contilor. de Canoniz. cap. 18. num. 2.*

Secunda verò obiectio petita ex ipsa morbi qualitate, quòd scilicet non fuerit

adeò

adeò grauis, & naturalitèr sanari nequiuerit, pariter corruit ex lectura Summarij; Sumus enim in contractione grauissima vtpotè proueniente à pluribus vulneribus in bello receptis, ob quæ necessarium est dicere, vel neruos vulneratos remansisse, quorum incisio impossibilis est curationis, vt ait, *Hypocr. lib. de morb. num. 3. & repetit aphorism.* 19. vel turgefactos, ac plenos humiditate nimia, quæ sine causa resolui non poterat illicò, nisi miraculosè. Et hoc veritati consonum esse fateri cogimur, cum agatur de contractione antiquata, quæ pertinacitèr perseuerauerat per quindecim annos, quæ proinde naturalitèr non poterat in instanti resolui, & dum perfecta sanatio contigit, statim post orationem in loco sepulchri seruæ Dei Rosæ, vtique miraculo, & quidem maximo ad eius intercessionem patrato tribuenda venit.

Tertium.

Instantaneæ sanationis brachij attracti Isabellæ Duran, tactu corporis Seruæ Dei.

NOn videtur posse desiderari clariorem probationem primi extremi, dum vltrà Isabellam, & duas eius filias, quæ deponunt de statu morbi per quinque menses, & quæ solæ sufficerent ex superiùs allegatis, datur attestatio P. Didaci Bargas Sacerdotis Ordinis Sancti Augustini asserentis se cognouisse hanc mulierē à multo tempore,& accepisse ab ea *Come si ritrouaua stroppiata del male della goccia in vn braccio*, *quale in nessun modo poteua maneggiare,nè muouere*, additque de visu proprio facta experientia brachium verè fuisse immobile, ibi, *Et auanti questo testimonio ella prouò d'alzare*, *ma non potè nè poco*, *nè assai*, *Summ. num.* 4. *littera B. in fine*, concordat P. Ioannes Garcia, *vidde questo testimonio, che non poteua muouerlo*, & audiuit ab ea, *Che haueua fatto molti remedij per guarire del stroppio, e niuno gli era giouato*, *eodem num.*4. *littera A.* Propterea hi duo tanquam testes de visu, & Religiosi,ac Sacerdotes, quorum primus erat Prælatus & Superior sui Monasterij plenissimam probationem per se constituerent ex supra deductis; vndè multò magis corroborant depositiones dictarum mulierum; Accedente insuper attestatione alterius Religiosi Laici pariter de visu *eod. num.*4. *litt. A.*

Hinc non est opus respondere ab obiectum de inhabilitate fœminarū ex *Castell. & Farin.* loquuntur enim in casu, quo solæ fœminæ adducuntur in testes, quamuis nec etiam obiectum subsistat, vbi deponunt de puro & nudo facto, quod æque potest esse notum fœminis ac masculis, nec enim fœminæ sunt inhabiles ad testificandum etiam in causa criminali ciuiliter intentata,quamuis ardua sit & grauis, *vt in cap. tam litteris* 33. *de testib. vbi Innoc.* 3. ad probandum impedimentum electi præcisè mandauit recipi testes *siue laicos*, *siue fœminas*, *& in cap. quoniam*, *vbi gloss. verb. mulieres eod. tit. & ibidem Abbas num.*1. *&* 2. *alijque relati à Farin. quæst.*59. *num.*5. & præcisè in causis Canonizationum admissæ fuerunt semper fœminæ ad probañ miracula, vt videre est in pluribus Relationibus, & præcipuè *Pannin. in relatione S. Bonauentura par.*2. *art.*4. refert, quod Bonifacius Octauus ad probanda miracula S. Brigidæ admisit testimonium filiæ, quod pariter ex eo asserit *Contilor. de Canonizat. cap.*18. *num.*16. *in fine*.

Exemplum verò Nautæ adductum à Tulpio *obseruat. lib.*3. *cap.*49. *in fine*, applicabile non est dum ipse attribuit sanitatem cucurbitulæ corneæ, quam maciei plurimum esse salutarem asserit, quod remedium quicquid sit an

prodeſse naturalitèr poſset morbo huius mulieris, certum eſt non fuiſse adhibitum, neç ei proinde ſanationem attribui poſse, ſed miraculo, dum ſtatim ac cum magno labore, & per manus adſtantium eleuata fuit ſupra tumulum, in quo iacebat corpus ſeruæ Dei Roſæ illicò morbus abſceſſit.

Quartum.

Inſtantaneæ ſanitatis recuperatæ in brachio dextero á Mauro Didaci de Ayala immiſſo in terram ſepulchri dictæ Seruæ Dei.

EX facto ceſsat vnicum obiectum, quòd vnicus tantùm teſtis deponat de ſtatu morbi de viſu, verè nanque eodem modo teſtificantur tres *Summar. num.*4. & ſiç non applicatur doctrina B. Ioannis de Capiſtrano vtpotè fundata ſuper incertitudine, in ore ſiquidem duorum vel trium ſtat omne verbum *cap. in omni negocio de teſtib.*

Plurimumque facit notorietas facti miraculoſi, eo quod tale ab omnibus reputatum fuit, dum Maurus ſic repente ſanatus fuit magno comitante populo, & cùm redditione gratiarum Deo, perductus ad Cappellam Sanctiſſimi Rôſarij, ibique poſitus ſupra Altare, vt ab omnibus videri poſset *Summ. num.* 5. *litt.* C. ſicuti hanc notorietatem, & communem reputationem, conſiderauit *Rota in relatione Sancti Thomæ de Villanoua tit. de duobus miraculis in vita*, ad corroborandam magnitudinem fidei poſt *Contilor. pag.*488. *& idem Contilor. cap.*18. *num.*22.

Quintum.

Sanationis inſtantaneæ Magdalenæ Chamiſo nobilis Indæ cruribus impotentis, paralyticæ, & attractæ per triennium applicatione terræ ſepulchri Seruæ Dei.

CIrcà hoc inſigne miraculum opponit in primis R. P. D. Promotor, quòd huiuſmodi ſanatio contingere potuerit naturaliter mediante applicatione terræ ſepulchri Seruæ Dei cruribus attractis, & impotentibus, cum enim Indica terra ſit multis virtutibus prædita, vt tradit *Gaſpar Reyes* ab ipſo citatus credere par eſt potuiſse in partes illas vitalem calorem, & animam ab eis exulem reuocare.

Sed re vera facillimè obiectio corruit, tùm quia cum prædicta terra ſimpliciter tetigerit crura, quamuis ſimili virtute polleret, quòd abſolutè negatur, propter defectum applicationis tribuenda illi non eſset reſtitutio partium deperditarum, quàm in inſtanti operari non poterat. Tùm etiam quia Reyes ſolum dicit Indicæ terrę conceſsam eſſe virtutem exiccandi breuiſſimo tempore corpora, vt ponderat D. Cauſæ Patronus, adeòque tantum abeſt, quod potuerit præſtare hunc mirabilem effectum ſanandi à triennali ſiccitate crura quibus admota fuit, quin potiùs contrarium peragere debuiſſet, cùm ad id ſolùm eius actiuitas extendatur, non verò ad reuocandum in partes illo deſtitutas humidum radicale, & calorem vitalem potentem eas nutrire, quòd proſe-

profectò non est mortuæ qualitati tributum, præsertim terræ, cui conuenit siccitas in summo, & isti de qua agitur, quæ solùm est potens ariditatem inducere in corpora.

Similemque virtutem sanandi infirmitates tributam fuisse terræ sepulchri Sancti Raymundi Barchinon. habetur in Bulla Clementis VIII. la 77. super eius Canonizatione §. 50. ibi, *ac multa magnaque infirmitates ex eo curantur*.

Dubitari autem non poteſt, quod huiusmodi sanatio adscribenda sit euidétissimo miraculo, cum vires totius naturæ creatę excedat, vt facilè patebit perpēdenti grauitatem morbi omninò insanabilis, cum sextus testis deponat de totali ariditate triennali, ibi, *Haueua le gambe aride erano più di tre anni*, & nonus, ibi, *La quale questo testimonio conobbe in Chincha, & in Lima stroppiata per più di tre anni continui, e che non poteua far cosa alcuna, ne muouersi per le necessità corporali, se non si portaua per hauer le gambe secche, & aride*, & 13. ibi, *Stroppiata delli piedi, e gambe, Sum nar. num. 6. litt. A.*

Ex quibus eum constet non solùm de ariditate, & impotentia totali motus, qui fit ab intrinseco principio, negari non poteſt, illas partes fuisse omninò demortuas, cum vita explicetur per motum non passiuum, & ab extrinseco, sed actiuum, & prouenientem ab intrinseco, vt habetur Genes. 1. 21. *Creauit Deus omnem animam viuentem, atque motabilem*; & num. 28. *& vniuersis animalibus qua mouentur super terram*: & cap. 7. num. 9. *ex omni quod mouetur super terram duo ingressa sunt in arcam*. Leuit. 12. *Qua in aquis mouentur & viuunt.* Hoc idem colligitur ex *Aristotele lib. 2. de Anima text. 51. & ex D. Thoma 1. par. quaſt. 18. art. 1. & in Comm. lib. 1. de anima text. vlt.* ibi, *Viuere propriè est eorum, qua habent motum, & operationem ex seipsis, sine hoc quod moueantur ab alijs.*

Quod confirmatur, quia crura erant adeò arida, & impotentia, vt nutritione omnino essent destituta, quæ impossibilitas nutritionis arguit priuationem vitæ in illa parte, vt colligitur manifestè ex definitione ipsius nutritionis, tradita ab *Aristot. cit. 2. de Anima text. 48.* ibi, *Quare huiusmodi anima principium potentia est talis, vt saluet suscipiens ipsam secundum quod est huiusmodi*, quod ipsum apertè docet pluribus alijs locis, & præcipuè *text. 3. d. lib. 2. Vitam autem dicimus, qua per ipsum fit altionem &c. &* ibidem *tex. 14. Et viuunt semper quousque possunt accipere alimentum*; text. 47. *Alimentum saluat substantiam, & eo vsque est, & quousque alitur*; & text. 48. *Vnde priuatum alimento non poteſt esse*: & *1. de Generat. cap. 5. text. 41. Quandiu saluum manet animal etiamsi decretionem alitum, sed non semper accrescit*. Vbi S. Thom. infert corollarium, quòd *aliquis nutritur quousque saluatur, idest quamdiu conseruatur*. & ratio manifestissima hoc ostendit, quia cum calor naturalis statim incipiat agere in humidum radicale, & illud sensim depascatur, debet per nutritionem restaurari id, quod est deperditum, quæ si impediatur consumpto toto humido, non poteſt amplius vita perseuerare.

Hoc posito id, quod de toto homine dicitur proportionaliter dicendum est de aliqua parte, si enim membrum aliquod ita destituatur ope naturæ, & animæ officio, vt sit omninò contractum, & aridum, & nutritione destitutum, cùm in eo nulla animæ aperatio reluceat, dicendum est illi animam non inesse ampliùs, sed omninò mortuum reputari debere, vt manifestè ostendit *Paul. Zacch. quaſt. medic. legal. lib. 4. tit. 1. q. 8. num. 41. vsque ad fin.* vbi de hac infirmitate ex professo tractans, assignato discrimine inter paralysim, & atrophiam, quòd scilicet ista sit partis alicuius consumptio, & ariditas, quæ amplius nutrimento non fruitur, docet hanc peiorem reputandam esse paralysi propter vitæ carentiam in illa parte, ibi, *Non multum abest à Paralysis natura Atrophia, hoc est partis consumptio, & ariditas, in qua passione corpus, & corporis pars aliqua non amplius nutrimento fruitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis verò in eorum loco subeuntibus summa macies oritur*,

Vt

Vt *Corn. Celſ. dicebat lib. 3. cap. 22. Pars ergò, qua Atrophia hac laborat vita carere dici poteſt, cum vita per nutritionem exiſtat. In peiori ergo conditione eſt, quàm ea, qua laborat paralyſi, quod hac licèt motu, aut ſenſu, aut vtroque careat, nutritur tamen, quod ſufficit ad viuendum.* Qui auctor reſtitutionem talium partium deperditarum omninò ſupra vires naturæ, & maximo miraculo tribuendam cenſet, quale fuit illud, quod narratur *Luc. cap. 6. num. 7.* hominis habentis manum aridam & demortuam, eo vſus argumento, quòd cum paralyſis, nonniſi miraculosè ſanari poſſit, multò magis hoc verum erit in hac manus ariditate, quæ grauior ægritudo eſt, quàm paralyſis, eo quod iam mortua ſit, & nullo nutrimento per longum tempus fulciatur.

Cum ergò hoc præcisè contigerit in caſu noſtro propter triennalem crurum omninò deperditorum ariditatem, dubitandum non eſt eam fuiſse omninò inſanabilem naturaliter, ſanatio enim ſupponit vitam in ſubiecto, qua cum in præſentia carerent crura omninò demortua ex prædictis, erant curationis incapacia, nec natura, vel ars erat potens in illa introducere vitam amiſsam, cum à priuatione ad habitum non detur regreſsus, ac propterea crurium reſtitutio inſtantanea inter ſecundi generis miracula connumeranda eſt, quippe quæ excedit vires totius creatæ naturæ, quæ licet poſſit operari vitam, & ſenſationem perfectam, non tamen in parte corporis mortua, qualis erat iſta.

Facilè pariter diſsoluitur alia obiectio, quam R. P. D. Fidei Promotor excitat contra probationem primi extremi, ſcilicet, quod ex tribus teſtibus remiſſorialibus nonus tantùm deponat de triennali ariditate, & ſic ratione vnicitatis non probet.

Animaduertendum enim eſt, quod vis miraculi non conſiſtit in triennali perſeuerantia morbi, cum hæc circumſtantia ſolùm poſſit conferre ad maiorem miraculi excellentiam comprobandam, ſed in eius qualitate, ſcilicet ariditate adeò peruerſa, vt potentiam nutritionis, & vitam cruribus abſtulerit, vt ex ſupra deductis conſtat.

Ex depoſitione verò trium teſtium apparet infirmam tali morbo laboraſse per quatuor menſes ideſt ex quo Limam aduenit; nam ſextus aſſerit, ibi, *E trouandoſi in caſa di queſto teſtimonio ſtroppiata da quattro meſi in circa Dõna Maddalena, e che haueua le gambe aride, il che sà per hauerla viſta di continuo in ſua caſa per il tempo ſudetto*; & 13. ibi, *Sendo in queſta Città ſtroppiata delli piedi, e gambe in vn letto per più di quattro meſi. Summ. d. num. 6. litt. A.* Et nonus vt fatetur R.P.D. Fidei Promotor deponit de triennali illius duratione de viſu, & ſextus, quoad triennium de auditu ab ipſa patiente, ibi, *Haueua le gambe aride era più di tre anni &c. il che sà detto teſtimonio per hauerlo vdito dire alla detta Maddalena*: nec per hoc, quod alij duo non aſserant ſe vidiſse per triennium aliquid derogatur dicto alterius, cum enim hoc morbo laborauerit per duos annos, & octo menſes, & amplius, dum Chinchæ degebat, & illi commorarentur Limæ, videre non poterant morbum infirmæ, niſi quando Limam aduenit, prout vidit nonus teſtis, qui illam nouit tàm Chinchæ, quàm Limæ, ibi, *La quale queſto teſtimonio vidde, e conobbe in Chincha, & in Lima ſtroppiata per più di tre anni, Summ. d. num. 6. litt. A.* qua propter ſatis ſuperque conſtat de primo extremo.

Cæterùm etiam circumſtantia triennalis ariditatis remanet concludenter probata, cum præter dictum nonum teſtem de viſu, & ſextum de auditu, adſint alij teſtes de viſu, qui licet auctoritate Ordinaria examinati, & poſtea in proceſsu peracto auctoritate Apoſtolica compulſati optimè probant, & illam indubitatam reddunt, vt luculenter oſtendit Dominus Cauſæ Patronus in Reſponſionibus.

Sextum, & Septimum.

Sanatiomun Mariæ de Vera, & Isidoræ de Montaluo octuagenariæ.

ASsertus probationis defectus fundatur in supposito, quod binæ fœminæ non sint admittendæ, cui satis est responsum superiùs ad 3. Addito, respectu septimi, quod & si agatur de simplici sanatione à febri, tamen concurrunt duæ circumstantiæ summopere qualificantes miraculum, vna quod Isidora erat octuagenaria: Altera quod à diuturnitate morbi per octo menses protracti, fuerat omninò viribus destituta, & à medicis derelicta, ideòq; febris erat omninò lethalis: Siquidem (vt ait *Galen*.1. *aphorism*.14. ex quo idem repetit *Gulielm.Ader.lib*.1. *de agrot*. à Christo Dño sanato *enarr*.8. qui loquũtur de febri, qua Socrus Petri detinebatur) *Neque senes magna ex parte febricitant acuta febri, sicuti iuniores, & si quando rarenter his febris accidit, qualis inuenibus, omninò hac ad interitum agrotantis terminatur*. Idemque de eadẽ Socru Simonis agens confirmat *Zacch. quæst. Medicoleg.lib.4.tit.1.q.8.n.53.in fine*, ibi, *Præterquam quod febris hac non modò erat magna sui ipsius respectu, sed etiam respectu patientis, quippe qua iam vetus erat, & fortasse viribus deiectis &c.* cõcluditq; *Erat igitur hac febris magna respectuquoque subiecti in quo erat, non enim secundùm eius proportionem acciderat, & idcircò erat omninò, & vndequaque lethalis*. Dum igitur hæc anus statim post inuocatam opem Seruæ Dei tàm à febri, quàm à debilitate liberata fuit, obtinuitque salutem pefectissimam, elucet in hoc facto maximum, & insigne miraculum tàm respectu qualitatis morbi insanabilis, quàm respectu modi, vt asserit idem *Zacch*. dicens huiusmodi esse miracula secundi generis *cit. q.8. num*.55.

Octauum.

Liberationis Annæ Mariæ de Incarnatione à periculoso partu, fętu iàm in vtero mortuo.

QVoad probationem repetitur sola qualitas sexus fœminei, quam diximus minimè derogare fidei-testium: Et quoad morbi possibilem curationem adducitur à R.P.D. Fidei Promotore doctrina Zacuti vnà cum exemplis relatis per Sckenkium, quibus optimè respondit D. Causæ Patronus.

Nonum.

Instantaneæ liberationis Agnetis de Figueroa à grauissimis doloribus nephriticis, & suppressione vrinæ per triduum cum emissione magni calculi.

NIhil obijcitur contrà probationes, sed tantùm referuntur exempla curationum tradita à Tulpio, & Sckenkio, quæ nullatenus applicantur, vt clarè demonstrat idem D. Causæ Patronus.

Deci-

Decimum.

Præseruationis à morte cuiusdam ex veneno ab vxore propinato.

VIs obiectionis stat in eo, quod nullus deponat, vt dicitur ex certa scientia de propinatione veneni: Sed respondetur, quod benè perpensa depositione septuagesimi noni testis clarè apparet ipsum loqui de certa scientia, dum ait, *Sà che vna donna &c. volendo ammazzare il suo marito, si seruì d'vn' altra certa persona, acciò gli desse non sò che poluere venenose &c. le quali polueri la tal certa persona le diede alla detta donna, e mettendo in essecutione il suo mal intento glie la diede in vn vaso d'acqua, & erano tante velenose, che dentro d'vn quarto d'hora staua il detto marito per finire la vita, atteso che tutto si gonfiò, e diede segni, che non sarebbe durato mezz'hora senza mandar fuori l'anima, Summ. num.*11. *litt. A.* Dum enim testis loquitur assertiuè recensens aliquod factū, vel dictum, præsumitur fuisse præsens, etiam quod id non exprimat, & non interrogatus non tenetur rationem reddere quoties agitur de iis quæ sensu visus, vel auditus percipiuntur, *vt ex Bald. Felin. & Dec. in cap.*3. loco de testibus probaui superius in Responsione ad primum *vers. sed benè*. Præsertim verò cum idem testis afferat aliam circumstantiam comprobantem, quod ipse habuit præcisam scientiam, & quidem de visu, ibi, *E da quell'instante* (nempè post inuocationem) *vidde questo testimonio, che tornò in se, e subito si leuò da letto, senza essergli stato fatto altro rimedio, perche giudicorno, che non gli hauerebbe giouato, vt littera* C. Vndè benè comprobatur, quod ipse fuit præsens etiam primo actui propinationis veneni, cum vna pars depositionis aliam declaret. Maximè attenta breuitate temporis inter vnum & alium actum non excedentis vnum quadrantem horæ.

Alter etiam testis benè concludit factum, licèt non fuerit præsens, dum testatur de auditu ab ipsa met vxore, quod propinauerat venenum marito, & quod reductus fuerat ad statum mortis *d. num.*11. *litt. A.* optimè namque probat testis de auditu ab eo, qui actum gessit, vt post *Io. And. & Io. de Imol. dicit Crot. cons.*412. *num.*32. *& Farin. de testib. q.*60. *num.*80.

Cùm ergò constet tàm de extremo propinationis, quàm de pessima veneni qualitate, quod patientem in manifesto vitæ discrimine constituerat, fateri oportet præseruationem à morte fuisse supra vires naturæ, ac proinde istud pariter miraculum secundo generi est adscribendum.

Quare &c.

Prosper Bottinius Sac. Concistorij Adu.

Reuis.

Michael Angelus Lapius Subpromotor Fidei.

